

conseruare, sibi legem fecerunt, festi fontium titulo illum laudantes, quod ex Herim. de Hardt praelect. in Psalm. 136. docemur. Subsistere igitur in his limitibus animus erat; persuasus autem tandem alius, vel coactus potius, non, quod ante vulgo factum, sententiis LOMBARDINIS seu viis THOMAE AQUINATIS aut aliorum, quas ad digitos omnes norat, sed S. Scripturae nomen suum fidemque iure iurando obstrinxit, teste ipsius epistola A. 1514. d. 16. Ian. ad Conuentum fratrum Erfurtensem data apud AVRI FABRUM T. I. f. 7. Quam saepe mentem suam proin inter crebras Satanae cribrationes, ingrati mundi odia et insultus veritatis aduersariorum, anxiam, reuocare ad non despondendum potuit, recordatus vocationis, cui se minorem censuerat, ad dicendum ex suggestu Ecclesiastico, docendumque verbum Dei pro cathedra academica, cuius sigillum sit Doctoratus, norunt satis, quotquot non plane sunt ipsius scriptorum rudes. Hilare sic confortatus nullis viribus pepercit, quin omni numero iniunctis partibus totum se manciparet, viamque choragus praerit, qua ambulandum esset praecipue e sublimioribus vigiliarum sacrarum speculis constitutis.

Hisce quotquot vestigiis insilitere, nunquam nauasse se in cassum operam prosperrimus euentus demonstrauit; nec enim doctorem ducem adepti, qui extra sacram scripturam, quasi extra oleas oberrans, Christum doceret, sed presse eidem inhaereret, ex hoc fonte solum hauriens, quicquid coelestis doctrinae aliis esset instillandum. Neque vero tamen censeamus, quasi omnem Philosophiam, vbi verae Theologiae ancillatur, prorsus reiecerit, quod in degenerante tandem Carlstadio obseruatur, vt ipse in transferendis Sacris Literis teutonice, pro insigni accepto in id talento inimitabilis, diuinoque honori quam maxime lucraturus, potiores curas sibi constituens, meritis praeconijs magno suo parastatae PHILIPPO MELANCHTHONI ne deesset, cuius locos Theologicos sobriae Philosophiae non expertes omnibus subinde laudibus ob methodum et docendi perspicuitatem celebrauit, tososque ediscendos commendauit: praetereo tela Scholasticorum hostilia, peripateticam artem sapientia, promte ab ipso excepta, et acute fortiterque retorta, vnde triumphum ex triumpho victor ducere potuit, quae prolixius deduxit B. D. DANHAVERVS in suo Luthero Thaumasiandro, Collect. MISL. p. 1016. Promittudinem eius publice ad opponentium argumenta respondendi exemplum affert datum anno, quo obiit 1546. vbi de origine animae humanae actum fuit, D. ANDR. MVSCVLVS, Locis suis communibus inferens, quae ex ore B. Viri Dei exceperat P. I. f. 896. seq. Euenit hinc, vt acerrimi oppugnatores meliora edocti saepius in suas partes transfirent, quod et mox ab omnium gestorum primordio sensisse fallus ipse: *Carlstad und Lupinus waren in der erst, da das Euangelium angieng, meine bestigste Widersacher, aber da ich sie mit disputiren beschloß, und überwand sie mit den Schriften Augustini, und sie dieselben gelesen hatten. wurden sie*